

10  
Pri. 35. num. 1.

B. C. D. 95 1665, 16  
De

# C U R A,

Permissu Superiorum

VIRO MAGNIFICO, NOBILISS. AMPLISS.  
CONSULTISS.

DN.

GEORGIO TOBIA SCHWEN-  
DENDORFFERO,

12 252  
Jcto Famigeratissimo, Facultatis Juridicæ, quæ  
Lipsiæ est, Ordinario Eminentissimo, Decretalium Professore  
Publico Excellentissimo, Electoralis ac Ducalis Provinciarum  
Supremi Assessore Gravissimo, Canonico Martisburgense Ma-  
ximè Reverendo, Collegii Principum Majoris Collegia-  
to, Academiæ Decemviro, & Bavaricæ Nationis  
Seniore Spectabili.

Domino, Patrono, Præceptore, ac Promotore plurimum  
colendo  
publicè disputabit.

D. 1. Junij, Anno 1665. H. L. Q. C.

JOACHIMUS ALBERTUS LOCHER, Lips.  
AUCTOR.

LIPSIÆ,  
TYPIS VIDUÆ HENNINGI COLER.



23  
VIRIS

*Integritate, Spectatâq, Virtute Conspicuis.*

DN. CHRISTOPHORO  
ROTTINGERO,

DN. MATTHÆO LOCHERO,

*Celeberrimorum Emporiorum*

Lipsiæ & Hamburgi

*Mercatoribus Nominatissimis*

Affini & Parenti summoperè venerandis  
hasce pagellas submisè

D. D. C.

AUCTOR,



DISP.  
De  
**C U R A**  
*Proœmium*  
ad  
*Lectorem*

**C**um ecce! curam intenderem, Ingenii mei vires, ne instar ferri inexercitati rubiginem attraherent, (uti loquitur Seneca) in aliquo Discursu Juridico experiendi & erudiendi, nulla ex sententiâ meâ Nobilior, Utilior, temporeq; hodierno Frequentior, viribus quoq; meis Commodior materia obtigit, quam ea quæ CURA indigitatur, & ob necessitatem suam evidentem Reipublicæ non debet esse ignota. Ipsi enim Reipublicæ expedire, ne re suâ quis malè utatur, dicit §. 2. *Inst. de his qui sui vel alieni juris.*

Succinctè itaq; & quàm brevissimè dictam materiam pertracturus, observabo, methodum disputationibus aliàs, solemnem, & à Definitione exordia capientem.

I.

**ETYMOLOGIA.**

Ut testamentum à testatione mentis, princip. *Inst. de testamento*, fidejussio à fide & jussu, *Anton. Hering. in tract. de fidejuss. c. 2. n. 11.* dicitur: sic Curam à curando dici, Dd. communiter docent. *Donell. l. 3. c. 7. Mejer. in Colleg. Jur. Argentor. h. t. §. 3. Ludov. Diss. 3. th. 9. lit. A.*

A 2

II. HO.

## II. HOMONYMIA.

Sumitur enim CURA.

1. Laxè pro officii cujuslibet provinciâ, quæ respicit e. g. Palatium *l. un. C. de Comit. & Tribun. Scholar. Aedes l. 1. §. 3 ff. ne quid in loco Sacro fiat: Constitutionem Judicum. qualis fuit Je- thronis Exod. 18. vers. 19. Deuter. 1. vers. 12. Magnif. Dn. Carpz. Da- cis. 201. n. 6. & 7. Pecora l. 9. §. 7. ff. de reb. aut. Jud. possid. Funera & Condenda corpora l. 14. §. 2. ff. de relig. & sumt. Fun. L. 88 §. 1. ff. de Legat. 2. Agros. §. si quis à non domino 35 Inst. d. R. r. Div. Ser- vos agros l. 3. ff. si quadrupes pauper. fec. dic. §. 6. 7. D. leg. Aquil. Meier. in Colleg. Jur. Argent. ad Lib. XXVI. tit. 1. §. 3.*

2. Strictè pro sollicitudine animi vel necessariâ, vel minus necessariâ & inani, de quâ Persius:

O curas hominum, quantum est in rebus inane!

deniq; 3. Strictissimè, quem significatum præsentis nostri fori esse, sine dubiò patefceret ex secuturis.

III.

## SYNONYMIA.

Sciendum autem est, varia alioquin vocabula reperiri, quæ Vocem Curæ imitantur & significationis suæ æqualitate felicif- simè exhauriunt. Cura enim alio nomine audit Curatio prin- cip. Inst. de Curat. Curatoria l. 1. pr. l. 2. §. 2. §. 9. l. 4. §. 1. ff. de excus. tut. vel Curator. item Curatela.

Germanicè Pflegschaft. / Tragschaft. Rennem. D. 5p. ad l. 15. d. autor. tut. vel. curat. f. 33 Hinc Curatores (in concreto) Träger / Treusträger ic. ap. eund. d. l.

Cum verò de Voce Curæ nobis constat. consequens erit, ut de Re, cujus major haberi solet ratio, solliciti simus.

IV.

## DEFINITIO.

Est autem Cura vis ac potestas administrandi bona A eorum, qui propter Ætatem, Animi, Corporisve vitium ea gerere non possunt, B. habilibus personis C à Lege vel Magistratu data D, \* Non

\* Non atrox, qualis competit partim Domino in Servos  
*§. 1. Inst. de his qui sui vel alieni juris, partim parentibus olim in-*  
*liberos l. 11 ff de Lib. & posth. L. ult. C. de Patr. Potest:* Sed amica-  
 bilis defensio & tuitio *Luduv. Dissp. 3. §. 1. tit. c.* Differentia agnos-  
 cit varios fontes & fundamenta, quale est A. Finis, qui consistit  
 in administratione negotiorum puberis *pr. Inst. de Curat.* B. Ob-  
 jectum, quod partim Bona, (& quidem primario, ad differentiam  
 tutelæ, ubi primario personæ, secundario bonorum curam & ra-  
 tionem habemus.) partim personas, quarum minus principalis  
 respectus habetur, intendit. C. Subjectum, quod Curatores sunt.  
 Requiritur autem tales, quibus non obstat vel Lex, vel Natura,  
 de quibus infra prolixius disserturi sumus. D. Efficiens quæ vel  
 Lex XII. Tabb. quæ proximis eam deferebat agnatis, ut qui  
 sperarent successionis emolumentum, iidem & tutelæ onus fer-  
 rent, *argt. §. un. Inst. de legit. patron. tutela.* vel Magistratus non  
 quilibet: verum is cui hæc potestas competebat ex speciali Legis  
 concessione. *pr. Inst. de Attiliano tut.*

V,

## EFFICIENS.

Causa proxima A est vel Magistratus, B vel Lex C.  
 Remota enim est (1) DEUS, qui in Codice Sacro se patrem  
 Orphanorum appellat, *Psalms. 68. vers. 6.* eorumque curam quam  
 maxime habet: præsertim ne iis fiat injuria, cujus gravissimum  
 ultorem se futurum esse promittit. *Exod. 22. vers 22.* (2) Natu-  
 ra imò & Jus gentium: Deus enim implantavit ipsi naturali  
 rationi, ut eorum, qui seipso regere non possunt, cura habeatur.  
 Propinquior est Jus Civile, *Meier. Colleg. Jurid Argent. ad Lib.*  
*XXVI. tit 1. §. 8.* à quò Magistratum potestas dependet. B.  
 idem scilicet, qui Jus dandi Tutores habet *§. 1. Inst. de Curat.* Ve-  
 rum tempora tam Antiqua, quàm Hodierna inspicienda nobis  
 sunt. \* \* Olim & de Jure Veteri ex speciali legis concessione  
 Jus dandi Curatores erat 1. in Urbe penes & Consules *§. 3.*  
*Instit. de Attilian. Tut. l. 1. §. 1. de Confir tut. vel curat.* β Præto-  
 res, Hi autem hanc habebant vel sociè & cum majore parte Tri-  
 bunorum plebis, *pr. Inst. de Attilian. tut. Ulpian. in fragm. tit. 11.*

A 3

§.

§. 18. vel solitariè, d. §. 3. l. 45. §. 3. de excusat. tut. vel. Curat.  
γ Præfectum Vrbi, d. L. 45. §. 3. de excusat. tut. vel Curat. l. 1. C.  
de tut. vel Curat. illust. pers. 2. in Provinciis autem facultas &  
copia præficiendi legitimis modis Curatores concessa erat &  
Præter Proconsules, l. 1. ff. de Tut. & Cur. l. 2. pr. de confirm. Tut.  
vel. Cur. Præsidibus, pr. & §. 4. Inst. de Attilian. Tut. l. 1. pr. de tut.  
& curat. β Præfecto Ægypti, l. 1. pr. d. t. γ Legato Procon-  
sulis, cui potestatem dedit Marcus Imperator, l. 1. §. 1. h. l. 15. ff. de  
Offic. Procons. δ Magistratibus omnibus Municipalibus, §. 4. Inst.  
de Attilian. Tut. l. 3. l. 19. §. 1. h. l. 46. §. 6. ff. de administ. & peric.  
tut. vel Curat. l. 2. §. 23. ff. ad Senauscons. Tertyll. tot. tit. C. d. Magist.  
conveniend. Dicitis verò Magistratibus annumeratos volo s. De-  
fensores Civitatum unà cum religiosissimo Antistite, & alias pu-  
blicas personas, e.g. Magistratum, & Juridicum Alexandrinæ Ci-  
vitatatis §. 5. Inst. h. t. cui (sc. Juridico) hæc potestas à Marco An-  
tonio data. per l. 2. de offic. Jurid. \* \* De Jure autem Hodierno,  
& ex generali consuetudine Germaniæ Ordinario quilibet Ma-  
gistratus hanc habet facultatem, Schncidevv. ad §. Nos autem s.  
Instar. de Attilian. Tut. Idq; constat ex Ordinat. Polit. Caroli V.  
de anno 1549. tit. Von der Pupillen und minderjährligen Vormun-  
der und Zutorn. Ludvv. disp. 3. th. 1. lit. C. Hinc observat Gaius l.  
1. Observat. 47. & 48. Cameram privilegio curatores dandi gau-  
dere. Colleg. Jur. Argent. ad lib. 26. tit. 5. Th. 8. C Lex nimirum  
duodecim Tabularum, quæ proximis Agnatis hoc onus defere-  
bat, cum hi spem haberent successionis: adeòq; consequens erat,  
ut etiam Curatorem onus susciperent argt. §. un. Inst. de Legit.  
patron. tut. Sed hæc observatio non videtur tanti esse momenti,  
quia eam inter antiquata & quasi desperdita refert §. 3. & 4. Inst. h.  
Testamento Curatorum dandum non esse, evincit §. 1. Inst.  
quoniam pater de rebus filii puberis directò disponere non po-  
test l. 2. pr. de Vulg. & pupill. Substit. Datum tamen decreto Præto-  
toris seu Præsidis confirmari debere & quidem citra inquisitio-  
nem docet dicitq; d. §. 1. & l. 6. ff. de Confirm. tut. vel Cur.  
Ratio: Æquum est ut voluntas patris in constituendis curatori-  
bus à Judice seu Præside, ad cuius officium hæc res pertinet, serve-  
tur. l. 2. de Confir. tut.



VI.  
FINIS.

A vel Principalis, B vel minus Principalis C.  
A. Deus enim & Natura nihil agunt frustra: Sed semper propter finem aliquem. *Aristoteles lib. 3. de Anima. lib. 1. Pol. c. 7.*  
Quoniam autem unius rei plures dantur fines, quorum alter primario quid intendit, alter vero secundario rei alicujus rationem habet, inde etiam hic B. primario fidelis administratio bonorum indigitatur §. 2. *Inst. h. t. ne ea corrumpant, labanturq;: Sed in salvo sint statu, proq; modo augeantur. Interest enim Reipublicæ subditos habere divites v. Riccart. dec. 15. c. 5. p. 163. Observat. hist. pol.* C. Secundario autem, ut personarum animi Judicio vel ob ætatem, vel ob aliud vitium destitutarum, sibiq; præesse non valentium ratio habeatur.

VII.  
MATERIA.

*Subjectiva.*

Sive in quâ est Curator.

De quo agendum I. Positivè: Ille autem dari potest Curator, qui subest Jurisdictioni Magistratus illius, qui habet Potestatem & Jus dandi Curatorem *l. 1. inf. l. 3. ff. de tutor. & Curat. dat.* Nemo enim curator dari potest, nisi in illo loco sit, ubi Magistratus constituens Jurisdictionem habet: §. 4. *Inst. de Attil. tut.* quia extra jurisdictionem Jus dicenti impunè non paretur. *l. f. ff. de Jurisdic.* II. Remotivè: Ille eximitur onere Curatellæ, quem eximit (vel) ipsa Lex. Secundum hanc igitur removentur a Fœminæ: quoniam cura est officium virile *l. 21. ff. de Tut. & curat. datis.* & munus civile atq; publicum §. 1. *Inst. de Curat. l. 6. §. 15. ff. eod.* à qua merito fœminæ remotæ sunt *l. 2. ff. d. R. I. § Miles l. 4. C. qui dare tut. & Cur. §. 14. Inst. de excusat.* γ Legati, quamdiu arduum suum munus obeunt, esse aut constitui Curatores non debent. *l. 21. §. 3. ff. de tut. & Curat. datis.* δ Servi *l. 7. C. qui dare Tut. & Cur. e. Maritus l. 2. C. qui dare tut. & Cur. § Affe- crantes tutelam l. 21. §. ult. ff. de tut. vel Cur. datis,* qui proinde etiam puniendi sunt à Magistratu §. 10. *Inst. de Susp. tut. l. 1. §. 7. ff. de officii*

*officio Praefecti Urbi. l. 9. ff. de tut. & Magistratus l. 4. ff. de tut. & Curat. Datis. l. 5. ff. de off. praesid. l. ult. ff. de officio Praet. Rationem huius rei posuit in apicum l. 13. §. pen. ff. ad Scelum Trebell. nemo sibi ipsi imperare aut cogere potest. Accedit quod suspicione fraudis non careret ultro appetens, quod alii ut molestiarum & periculi plenum effugiunt. Luduv. Disp. 3. §. 6. lit. b. & Collega Magistratus, sed hoc quidem Cujacius 7. Observ. 17. affirmare audeat; a se negativa verior & rationabilior videtur: quia nemo eum Curatorem dare potest, qui parere non cogitur. Frustrà autem constituitur, qui cogi nequit, ut curam suscipiat l. f. ff. de Jurisdiction. Par autem in parem non habet imperium. l. 4. ff. de recept. qui arbit. & Creditor & Debitor, Nov. 72. c. 1. & Auth. Minor. C. qui dare tut. & Cur nisi forte Modicum Debitum sit. gloss. ad pr. dicta Auth. Min. quod Judex arbitrabitur. argt. l. 60. ff. de jure dotium. Si verò supervenerit post susceptam curam: tunc alius Curator addendus, §. f. Inst. de aut. tut. & cur. Hodie & de Jure Saxonico permittitur Creditori & Debitori Curatoris officium, sed certis modis, de quibus vide Magnif. Dn. Carpz. P. 2. C. 11. D. 19. & 20. (vel) Natura, quæ non videtur velle, ut ejusmodi personæ, quæ vix suis rebus pares esse possunt, aliorum Curam in se recipiant. Ad Curam enim requiritur Judicii dexteritas, quæ talibus abest. Tales autem sunt a Minor L. ult. C. de legit. tut. β Surdus argt. §. 4. Inst. de Curat. γ utroq; oculo orbatus l. 3. C. qui dare tut. & Curat. l. un. C. qui morbo.*

His itaq; præmissis, qui hoc munus subire possint luce meridiana clarius apparet. Jam addere lubet quædam à Dd. agitata & quæsitæ: 1. An Vitricus privigno Curator esse possit? Affirm. argt. l. f. C. de contr. Judic. tut. 2. An Judæus Christianorum liberorum & quidem Minorennum curam agere possit? Varia aliàs adduci possunt argumenta negantia; Verum re accuratius consideratâ dicimus recutitos istos Apellas (uti Taubmanno vocantur) non liberandos esse ab hoc onere. Sed timendum est, ne Minorenes ex commercio illo cum Judæis aliquid superstitionis nanciscantur? Regero: imò non timendum est, quia Cerea illa ætas alibi potest sustentari & administratio bonorum committi Judæo, cum etiam in aliis casibus penes unum administratio &

apud

apud alium victus erogatio esse possit. *l. 1. l. 3. ff. ubi pup. educari vel morari &c. l. f. C. eod.*

VIII.

## OBJECTIVA.

Sive Circa quam sunt vel negotia, A vel personæ B.

A. Quæ vero ea sint, dilucidius cum de Forma egerimus apparebit. Proinde nunc Negotiis dimissis B, Personis erit in-hærendum, quæ verò sunt.

I. Minores, qui ut plurimum volentes curæ se subjiciunt, §. 2. *I. de Curator. l. 13. inf. ff. de tut. & Curat. dat. l. 43. §. 3. ff. de procurat.* Non obstantibus Legibus, quæ in Contrarium adduci possunt. Si ergo Minor volens semel accepit Curatorem, tunc administratio ipsi per tempus legitimum de Jure Civili ad 25. annum completum, *pr. Inst. d. t. de Jure Saxonico usq; ad 21. annum finitum Landr. lib. 1. art. 42.* denegatur, nec absq; Curatoris consensu quicquam facere aut obligare potest. *l. 1. §. f. ff. de minor. l. 3. C. de in integr. restit. minor.* Non obstat. *l. 43. ff. de Obl. & Act.* loquitur enim de minoribus curatorem non habentibus. Nisi fortè respectu personæ suæ, & in casu ubi locupletior factus, *l. 101. de V. O.* aut nuptias per stipulationem contrahat. *argt. l. 2. ff. de Sponsalib. l. 20. ff. de R. N. vid. Robert. lib. 1. Animad. c. 12.* Inviti tamen aliquando recipiunt, α. ad litem, scilicet cum in Judicio cum Minore erit agendum, §. 2. *Inst. h. l. 1. C. qui petant tut. & curat. l. 2. C. qui legit. person. standi in jud. habent.* β. Si minori debitor solvere velit, vel cogatur. *l. 7. §. 2. ff. de minor.* Causa est harum cautelarum, quia Ætas hæc maximè subjecta est fraudibus & insidiis, facileq; potest circumveniri, id quod Oratorem Principem Ciceronem intellexisse puto, qui alicubi ita ait: Maxima crescenti adolescentiæ inest inbecillitas Judicii. γ. Cum tutor omnium suorum actuum rationes reddere velit. *l. 7. C. qui petant tut. & Cur. d. Si cerea illa Minorum ætas profundere dilapidareq; res suas inceperit. l. 12. §. f. ff. de tut. & Curat. dat. Dn. Struv. exercit. XXXI. §. 7. Ludov. disp. 3. §. 9. lit. C.*

II. Majorenes, quorum non una est conditio. Quippe sunt vel Masculi, vel Fœminæ. Et illi (Masculi) ægroti α. Animo; ut est mente captus, §. 3. *h. t. Furios d. §. 3. tot. tit. ff. & C. de Cur. Furios.* & prodigus, *d. §. 3. qui nec tempus nec finem impensarum habens,* quoad bona sua furiosum facit exitum, *l. 12. §. f. de tut. & curat. dat.*

B

Cl. 1

& l. 1. ff. de Curat. furios. cuiq; à Magistratu administratio bono-  
rum interdicta l. 10. l. 16. §. 1. ff. de Curat. Furios. l. 9. §. 7. ff. d. R. C. idq;  
etiam in L. 12. Tab. h. m. cautum erat: Si furiosus esse incipit, A-  
gnatorum Gentiliumq; in eo, pecuniaq; ejus potestas est. Ubi  
verba illa Agnatorum Gentiliumq; pro separatis accipienda esse  
Paulus monet in l. 53. ff. de V. S. Ita ut in hac lege Decemviri nihil  
aliud voluerint, quam ad agnatos curam Furiosorum omnino  
pertinere, & si nullus extaret agnatus, ad Gentilem post agnatos  
proximum, Gentiles autem Cic. Scævola imitatus in Top. hunc  
in modum definivit: Quod sint, qui inter se ejusdem nominis  
sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum majorum nemo ser-  
vitutem servivit, qui capite non sunt diminuti, vid. Jacob. Revard.  
ad LL. 12. Tab. c. 13. β. Corpore, ut Mutus, surdus, & qui perpe-  
tuo Morbo laborant §. 4. Inst. d. r. l. 12. ff. de tut. & Curat. dat. His  
(Fœminis) tanquam fidelis parastata adjungitur Curator. Quo  
sine verò? Ad Litem & consilia suppeditanda, non verò bona ad-  
ministranda. In negotiis autem extra judicialibus (loquebar enim  
modò de judicialibus) Jure Communi Saxonico distinguitur  
inter virgines viduasq;, absq; Curatore omnia valide agentes;  
& Vxores, quæ habent opus Curatore: ubi tamen etiam mariti  
in negotiis seipsos non immediatè concernentibus curatores  
constitui possunt, Dn. Richter. decis. 27. Struv. exer. XXXII. §. ult. De  
Jure verò Electorali Saxonico mulieres, cujuscunq; status con-  
ditionis fuerint, sive in Judicio sive extra Judicium agentes, absq;  
Curatoris sui suffragio nihil agere aut contrahere (etiamsi con-  
tractus Juramento firmatus sit, Magnif. Dn. Carpz. & c. p. 2. (15. D. 1):  
efficaciter possunt. An vero in specie ad alienanda bona im-  
mobilia & Mariti des Ehelichen Vormunds & alius adhuc Cura-  
toris consensus requiratur, hinc inde hæcenus inter Jctos Saxon.  
fuit disceptatum. Donec tandem illustrissimus Elector Saxon.  
Anno 1661. inter alios casus dubios, & hunc deciderit, asserens  
Vxorem omnino cum consensu solius mariti efficaciter contra-  
here atq; alienare posse, modò non ad omnes suas causas jam  
antea Curatorem acceperit, aut maritus quid monstrat. vid.  
Decis. XXIV. Dn. Carpz. p. 3. C. 23. D. 30. n. 4. p. 2. C. 15. D. 19.

Notandum etiam venit, quod Pupillo etiam Curator inter-  
dum constituatur, nempe. i. quando pater est in hostium pote-  
state

itate, l. 6. §. f. de tutel. 2. quando tutor datus, sed non idoneus:  
Tunc enim aliquando Curator adjungitur, quoniam Tutorem  
habenti tutor alius dari nequit. §. 5. Inst. h. 3. Sic loco Tutorum  
quoad tempus modo datorum Curator quoque deposcitur d. §. 5.  
4. in Litem. Dn. Philip. lib. 1. Ecl. 87. 5. si Tutore ex necessariâ causâ  
absente Pupillus alimenta desiderat, l. ult. ff. ubi pupill. educari. Meier  
in Colleg. Jur. Argent. ad h. lib. tit. 6. §. 18. Ita de foro Saxon. jubet  
Serenissimus ei pupillo, qui fortè ex negligentia Magistratus Tu-  
tore caret, interea casus subito emergat, ubi pup. necessario cum  
aliis contrahendum nec tum tam repente ex officio Tutor possit  
inveniri ac constitui, Curatorem ad litem, dari, per quem pupilli  
negotia judicialia procurentur. Decis. XXI,

IX.

## F O R M A.

Consistit in administrandis bonis.

Ubi principe loco dicendum est, quibus requisitis & solen-  
nitatibus constituenda Curatela sit. Sex verò communiter à Dd.  
traduntur: quorum Imum est, quod Curator curam sibi delatam  
debeat agnoscere, l. 9. ff. de mun. & hon. Id autem notum ipsis fieri  
debet, imprimis absentibus à Magistratibus intra 30. dies, l. ult. ff.  
de tut. & Curat. Datis, in faciem quoque; vel ad domum à Præsidi-  
bus, l. 13. §. 1. de excus. Secundum ut Curatori decernatur à Judice  
Curæ administratio, l. 55. inf. ff. de admistr. gloss. in l. ult. verba ad-  
jecta C. de Magistr. Conv. D. Richter. Decis. 83. p. 2. n. 162. Et hæc  
communis opinio Constitutione quoque Imperii comprobata est  
Ordinat. Pol. Carol. V. de anno 1548. Augusta. Item in Ordinat. Polit.  
Rudolphi II. Francofurti de anno 1577. promulgata tit. 32. Von den  
Pupillen und Minderjährigen Kindern Tutoren und Vormundern §.  
Das ein jeglicher Vormunder Tertium, Juramentum tactis SS. Evan-  
geliis præstandum, adeoque; promittendum se omnia recte & cum  
utilitate eorum gesturum, neque; prætermisurum esse, quæ utilitati  
eorum cedere possint. l. 27. C. de episcop. audient. l. ult. §. 5. C. de  
Curat. furiosi. & prodigi. Idem ex Ordinat. Pol. Carol. V. & Rudolp.  
II. patescit. De Jure verò Saxonico Electorali non tenetur Cura-  
tor confecto Inventario Juramentum præstare Dn. Carpz. p. 2. C.  
11. Def. 6. n. 4. Quartum, ut polliceatur se defensuram esse eum,  
cujus Curam gerit, quod tam rigide exactum eunt Dd. ut testen-  
tur

B 2

tur

tur hoc omisso passim Curatelas annullari irritasq; fieri solere. *Bart. ad l. ult. §. 4. n. 7. & ibi addit. lit. I. & K. de admin. tut. & Curat. Idem in l. 5. pr. n. 1. & ibi addit. de legit. tut.* Verum cum Ddum Leges agant de re longe aliã, ut ex lectione constat, hæc q; promissio specialis defensionis non exigatur in Ordinat. Polit. vel Caroli V. vel Rudolphi II, illam communem Dd. opinionem necessariò haud observandam esse docet attentissimus Meierus in *C.I.A. ad h. t. §. 2.* Quintum, cavere in super tenetur, *pr. & §. 1. Inst. de Satisd. tut. & Curat. l. 1. l. 4. §. 1. ff. rem. pup. vel adolescent. salv. fore & tot. tit. C. de tut. & Curat. qui non satisd. datis Fidejussoribus. argt. l. 1. ff. qui satisdare cog.* Nam quoties satisdatio exigitur, Fidejussorum accessionem requiri certum est *ex l. 1. ff. qui satisd. Juriq; Novissimo consentaneum, Nov. 112. c. 2. Nov. 53. c. 2. Trentl. vol. 1. Disp. 3. §. 2. lit. A. Goddæus ad l. 61. V. S.* Ideo q; nec Pignoribus, nec Depositione pecuniæ expediri hæc cautio potest, *l. 7. ff. d. prætor. Stipul. præserti. cum ipso Jure bona Curatoris minori tacitè obligata sunt. argt. l. ult. ff. in quib. causis pign. & c.* Sed Quæstio quædam institui posset: An si propter in opiam fidejussores invenire nequeat Curator, an sub juratoriã Cautione admittendus sit? Vid. *l. 2. C. de tut. & Curat. qui non satisd. Schneid. de v. ad d. pr. Inst. de Satisdat. tut. & curat. n. 4.* Sextum, Inventarium conficiendum erit sumtibus minoris omnium rerum, quæ sunt in patrimonio, omniumq; Instrumentorum, *l. 24. C. h. t.* Hoc enim est Basis ac Fundam. omnium reddendar. rationum *l. 7. pr. ff. de administr. vid. Bachov. ad Trentl. V. 2. D. 8. §. 5. lit. D. Perez. C. de administr. Tut. n. 2. Dn. Carpz. lib. 5. Resp. 74. n. 6.* quod si tamen testator vetuerit, tunc non quidem solenne Inventarium, *l. 7. §. 1. C. Arb. Tut.* at privatam rerum pupillarium consignationem facere potest, *Dn. Carpz. p. 2. C. 11. D. 4. n. 8.* Ad inventarii autem confectio- nem etiam tenetur Mater, eoq; omisso omninò ad juratam Specificationem rerum à patre ad pupillum per venientium tene- tur *Dn. Carpz. p. 2. C. 11. D. 7. & lib. 6. Resp. 69. Decis. Elect. XXI.*

His itaq; præmissis & sub meliore formã celebratis, consistit Curæ administratio *a.* in Tuendis Bonis, ut diligentia ea adhi- beatur, quam paterfamilias rebus suis bonã fide præbere solet. *l. 33. pr. l. 10. ff. h.* Absit ergò ut aliquid negligatur, cum de neglectis, statim ac delata est Cura, Curator teneatur, *l. 2. C. si tut. vel Curat. non gesserit l. 7. C. arbitr. tut.* *ß.* Pecunia, prout commodum erit.

in

in fœnus Legitimum collocetur, l. 24. C. h. t. Nov. 72. c. 6. & 7. quod  
 nisi fecerit Curator, ipse dare tenebitur Usuras l. 24. C. de usur. l. 7.  
 §. 1. ff. h. t. γ. Actiones, quascunq; Minores vel Majores habue-  
 rint, instituantur & suscipiantur. l. 28. C. h. t. δ. Debita exigantur.  
 l. 46. §. f. ff. h. t. l. 18. C. eod. ε. Rationes reddantur, & quidem de  
 Jure Civili finita cura, §. 7. Inst. de Attilian. Tut. Sed secundum  
 Ordinationem Politicam singulis annis. ζ. ut alienentur res quæ  
 servando servari nequeunt. l. 22. C. h. t. In alienatione verò Im-  
 mobilium & earum rerum, quæ servando servari possunt, tria  
 concurrant necesse est 1. Necessitas distrahendi propter æs ali-  
 enum, l. 5. §. 9. & 14. ff. de rebus eorum qui sub tut. vel curà sunt. Vr-  
 gens autem dicitur, si Creditores assidue instent, premant, cogant,  
 impellant Menoch. l. 2. A. Q. C. 171. n. 6. 2. Accurata cognitio Ju-  
 dicialis, qualis describitur d. l. 5. §. 9. & seq. ff. h. l. 6. l. 8. C. de prædiis &  
 al. reb. Min. Ord. Klock. V. 2. Conf. 51. n. 15. 3. Eiusdem Decretum  
 solenniter interpositum l. 22. C. h. t. Cui autem incumbat onus  
 probandi vid. optimè distingventem Dn. Carpz. lib. 1. Resp. 80. quo-  
 rum unum si omittatur, alienatio est nulla, nisi à majore facta  
 rata habeatur, t. t. C. si. maj. fact. alien. aut per 5. ann. continuos post  
 impletam ætatem minori connumerandos nihil conqvestus sit  
 super alienationem l. ult. C. d. t. alios modos V. ap. Menoch. A. Q. cas.  
 171. Consensus seu Autoritas interponenda, quæ fieri debet Ex-  
 pressè, Purè, l. 8. ff. de auct. tut. & Curat. à Curatore præsentè animo  
 & corpore, §. 2. Inst. de Aut. Tut. deniq; in ipso negotio, §. 2. Inst.  
 de autor. tut. vel Curat. vel in Continenti post contractum nego-  
 tium, l. 25. §. 4. ff. de acqvir. vel omitt. hered. Quæ enim in Continenti  
 fiunt ipsis negotiis inesse dicuntur argt. l. 40. ff. de rebus Creditis. l. 7.  
 §. 5. ff. de pactis Necessaria autem est auctoritas, 1. in rebus qua-  
 rum alienatio conditionem Curæ subjecti facit deteriorem, h. e.  
 si stipulanti promittat, servum manumittat, l. 9. ff. h. t. contrahendo,  
 ut inde mutuus nexus oriatur. pr. Inst. de aut. tut. 2. In Judicio l. 2.  
 C. qui legit. person. standi in Jud. habeant vel non. Si plures sint Tu-  
 tores, unius sufficit Autoritas, nisi de Tutela finienda agatur, veluti  
 si arrogandus sit pupillus l. f. C. de auct. præstanda, quæ enim om-  
 nes tangit ab omnibus debet curari. vid. D. Brunem. in d. l. f.

X.

## EFFECTUS.

B 3

sunt

Sunt actiones ab utraq; parte competentes.

Quemadmodum alias exj omni contractu oriuntur Actiones, quippe actionum plerarumq; personelium mater est obligatio *l. 42. §. 2. ff. de procurat.* Sic ex gestione seu administratione curæ variæ descendunt actiones, quæ tam iis, qui Curæ subsunt, quam Curatoribus prosunt. Illis datur 1. Actio utilis tutelæ contra Curatores ut rationem reddant, damnaq; resarciant. *l. 16. §. f. ff. d. tut. et rat. distrab.* 2. Actio utilis negotiorum gestorum constanti cura. *l. 7. C. arbitr. tutela.* 3. Actio utilis de distrahendis rationibus, scilicet propter rem Minoris seu Majoris interversam. *l. 3. C. arbitr. tut. & quidem in Duplum, cui & simplex inest, l. 2. §. de tut. & rat. distrab.* datur, non verò in hæredes *l. 15. pen. §. t. 4. Rei vindicatio, si in rem suam pecuniam minoris verterit, l. 2. ff. ex facto tut. vel Curat.* Insuper 5. deberi apparet Minori actionem ex stipulatu adversus fidejussores sive expressè intervenerint, *l. 7. de fidejuss. & nominat.* sive tacite sine contradictione, *l. 4. §. f. d. t.* nec non Nominatores, *l. 2. ff. d. t. & Affirmatores, sive qui idoneos Curatores esse affirmarunt, d. l. 4. §. f. d. t.* Qui tamen fidejussores gaudent beneficio Ordinis. *Nov. 4. c. 1. l. 6. d. t.* Porro 6. Hæredes non eximendi actione hac utili tutelæ; Vbi tamen distinguendū: an inchoatum fuerit Judicium cum defuncto, an Non. Priori casu de Levi culpa tenetur *l. 8. §. 1. ff. de fidejuss. & nominat. tut. vel curat.* Posteriori verò casu de dolo & lata culpa tenetur *l. 1. C. d. hered. tut. & Curat. l. 17. C. de negot. gest.* Ultimo loco 7. Actio subsidiaria (non autem in factū ut vult *Theophil. §. 2. §. de Satisf. eumq; Defendens Fabrot. in apol. pro Græc. cui contra dicit VVisenb. ad ff. D. 53. §. 6.*) intentabitur contra Magistratum Minorem, (prioribus prius excussis) qui satisfactionem aut plane non exegit, aut non satis idoneam: & quidem propter omne periculum quod contigit curæ subjectis ob non exactam aut præstitam satisfactionem, (S. satisfactionem) *l. 4. ff. de Magistr. conveniend.* Imò Hæres ipsius Magistratus non liberatur; etsi tantum dolum & latam culpam resarciat *l. 4. ff. de Magistr. Conveniendis.*

Ne autem Curatoribus officium, quod inviti suscipere coguntur, damnosum sit, data est ipsis Contraria eaq; utilis actio Tutelæ *l. 1. ff. de Contrar. tut. & util. act.* adversus eos, quorum curam egerunt, ut Impensas sibi restituant, & quod in commodum eorum

rum



rum versum est l. 1. § 4. & 6. de Contr. tut. & util. act. etiam usuras  
l. 3. §. 4. d. t. nisi sibi met ipsis mature solvere potuerint. l. 9. §. 5. ff.  
de administ. & peric. tut. & Curat. XI.

## CONTRARIA.

Sive constitutam Curam dissolventia & evacuantia sunt: 1.  
Majorennitas A. 2. Valetudo B. 3. Excusatio C. 4. Remotio D.

A. Quæ provenit Si Minores 1. Etatis annum de jure Civili XXVI.  
pr. Inst. de Curat. de Jure verò Saxonico XXI, Landrecht lib. 1. art. 42. per-  
fectè consummaverint. 2. Si veniam etatis à Principe impetraverint. t. t. C.  
de his qui Ven. à Princ. impet. Quæ venia conceditur Masculis viginti annis,  
Fœminis XVIII. annis; Majoribus: modò illam etatem probent, mo-  
rumq; honestatem ac stugilitatem ostendant. l. 2. pr. §. 1. C. d. t. B. 1. Fu-  
riosorum, si sanæ mentis facti fuerint. l. 1. pr. ff. de Curat. furios. & prodig. & a-  
liis extra min. dant. 2. Prodigorum, si sanos mores receperint; de quo tamen  
cognoscere & decernere debet Prætor. Matth. de tut. Disp. 5. §. 4. Vin. de pa-  
tis c. 4. n. 11. 3. Vitio corporis laborantium, si pristinae sanitati restituti fue-  
rint argt. d. l. 1. C. cujus Causa. Justa sit, Injusta enim Fallaxè causæ alle-  
gatio à Cura non liberat §. f. Inst. de Excus. Causæ excusationum igitur justæ  
videri possunt in Tit. Inst. de Excusat. Enumerarem quidem easdem, verùm an-  
gustia pagellæ detinet calamum latius exspatiaturum.

Non sufficit autem habere eas, sed probandæ sunt Proponendæ igitur &  
allegandæ causæ, sive Una sive Plures, intra dies pro distantia locorum statutos,  
§. 16. Inst. h. l. 13. §. 2. & seq. ff. de excusat. ita tamen unam nervosam probasse ad  
Victoriam sufficiat, Vinn. ad §. 16. h. l. quod si exinanitæ & rejectæ sint causæ,  
appellare convenit d. §. 16. Inst. d. t. l. 13. inf. l. 15. Cod. eod. Schnob. dissert. XV.  
§. 21. D. Nimirum suspecti, quem postulare possunt omnes. Est enim qua-  
si publica omnibusq; patens accusatio §. 3. Inst. de suspect. tut. & Curat. l. 1. §.  
6. §. 7. ff. eod. etiam Mulieres pietate ductæ ad eam admittuntur d. §. 3. §. 1.  
6. §. 7. ff. eod. Imo etiam Magistratus nullo alio postulante l. 3. §. 4. ff. h. l.  
quæ potestas removendi pro diversitate temporum variabat. De Jure veteri  
Romano non omnes Magistratus hoc jure fruebantur, sed Romæ Prætor, in  
Provinciis Præses, Proconsul, & Legatus Proconsulis l. 4. ff. de officio ejus cui  
mandata est jurisdictione l. 1. §. 4. ff. h. l. Hodie vero quovis Magistratus hoc jus habe-  
re testis est Schneidev. ad §. Inst. h. l. Postulato itaq; homuncioni, cum judicium  
satis certa Goli admissi emerlerint, infamia irrogatur §. 6. Inst. l. ult. C. de suspect.  
tut. & Curat. Si vero Culpa modò peccatum fuerit, existimatio manet integra  
d. §. 6. l. 7. §. 1. ff. de suspect. Tut. Quæritur, si Curator suspectus solvendo sit,  
& satisfacere possit, aut satisdederit, an maneat? Negatur per §. 12. Inst. h.  
Ratio: Satisfactio animum malevolum non mutat; Sed diutius probrosè gras-  
sandi in re familiari facultatem præstat d. §. 17. Quæritur verò porro, an Pau-  
per Fidelis tamen & diligens sit removendus tenquam suspectus? quod Nega-  
tur per §. f. Inst. k.

## XII.

## ADJUNCTUM.

Hoc loco est quod Curator constituatur ad certam causam a. omni  
tempore ß. quocunq; loco γ. Pure δ. ex Decreto Judicis. ε. Sive

ad. Sive Speciem l. 8. ff. rem pupilli vel adolefc. Salvam foro. ut sunt 1. Dos  
nuptæ, eaq; vel augenda vel minuenda l. 7. ff. de tut. & Curat. datis. l. 61. ff. de jure  
dot. 2. Venter. l. 20. pr. de tut. & Curat. Dat. l. 1. §. 17. §. 18. §. 19. ff. de vent. in posses  
mit. l. 48. ff. de administ. & per. tut. vel Curat. l. 3. §. 3. ff. de suspect. tut. & Curat. §. l. 3.  
§. 23. ff. de tut. etiam diebus feriatis l. 2. ff. de feriis. 4. Verum ex quo loco Cura  
tor dandus sit, ex l. 1. C. ubi petantur tut. & Curat. liquidò apparet, quæ docet, vel  
ex eo loco, ubi domicilium habent Minores, vel ubi facultates in Cura consti  
tutorum sunt, dandum esse Curatorem. 8. non sub Conditione, nec ad condi  
tionem, neq; ad diem, neq; ex die. Est enim Curatoris Constitutio actus legiti  
mus, qui conditione non recipit l. 77. ff. de R. L. o. l. r. vers. etsi in regendis C. de tut. &  
Curat. illust. personarum l. 6. l. 11. C. qui dare tut. & Curat. l. 26. ff. h. t. l. 3. 'qui pet. tut.  
vel Cur. l. 39. §. 9. ff. de admin. ut per sat. & Cur. l. 19. C. eod. l. 31. pr. ff. de excusat. Quod  
Decretuâ sententia Cõperentis Judicis appellatur Meier. in C. l. A. h. t. §. 20.

XIII.

### A F F I N E.

Et quasi confederatum Curæ est 1. Tutela 2. & 2. Curator ad peten  
dam Investituræ renovationem constitutus 3. item 3. Curator Bonorum 4.

α. Quæ enim de Curatoribus constituta sunt, eadem & in tutela pube  
res respiciente observantur *Vvesenb. in suis paratit. 1. ad lib. 26. tit. n. 7.* Ne tamen  
regula data suâ amplitudine & laxitate peccet, dicendum est Curam & Tute  
lam in multis etiâ discrepare. Curatores dantur puberibus, Tutores impuberi  
bus §. 1. & 3. *Inst.* Curatores volentibus, excepta lite. 2. *Inst. de Curat.* Tuto  
res invitis *arg. d. §.* Curatores principaliter bonis, *pr. Inst. h. t.* Tutores præcipue  
personæ dantur §. 3. *inst. de tut.* Curatori Collega dari potest *ovrovbuas*, i. e. Con  
curator; Tutori verò cum succenturiatur socius, sit illud *ετεροβουας*, diciturq; no  
vus ille collegæ non Tutor, sed Curator.

β. Ut ut enim regulariter Heredes ad petendam Investituræ Renovati  
onem Curatorem constituere vel unum ex se se eligere non teneantur, *per ratio  
nes a D. Berlich. p. 1. Decis. 21. adductas.* Attamen in pluribus locis contrarium  
reperitur constitutum, eo quod Domini inter sit certum habere Emphyteutam.  
& ne res per plures personas, & loco dispersa reddatur difficilior & in utilior.  
Itaq; in Germania moris est recepti, ut ex pluribus heredibus Vasalli unus tan  
quam Curator eligatur, qui omnium nomine & Investituram legitime petat &  
juret, vocaturq; nostro Idiomate *Leben-Träger*: quo mortuo de novo hæredes  
recognitionem atq; Investituram petere & laudemium persolvere adstringun  
tur. teste *D. Richter p. 2. Decis. LXXXIII, n. 159. vid. plura ap. D. Franski in Tra  
ctatu de Laudem. 4.* Qui datur rebus sine ullo respectu personarum 1. ubi aut  
hæres nemo existit, aut ab hæreditate abstinet. 2. Si debitor bonis cesserit l. f. ff.  
*de Cur. bon. dand. ubi vid. Dd. atq; interpretes.* Verum ne in LECTORIS hu  
manitatem injurius fuisse videar, lubet jam colophonem adjicere huic de CU  
RA curæ & scriptioni. Utinam autem nunc

D E O

qui primas hæc Academici Speciminis curas, sibi curæ cordiq; esse voluit,  
dignas procurare possem

G R A T I A S I






ULB Halle  
005 803 551


3



1017







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

*Pr. 35. num. 1.*  
*C. D. 45 1665, 16*  
*De*

**R A,**

**Superiorum**  
**NOBILISS. AMPLISS.**  
**MULTISS.**

**ON.**  
**OBIA SCHWEN-**  
**DREFFERO,**

**, Facultatis Juridicæ, quæ**  
**antissimo, Decretalium Professore**  
**ectoralis ac Ducalis Provinciarii**  
**o, Canonico Martisburgense Ma-**  
**Principum Majoris Collegia-**  
**viro, & Bavaricæ Nationis**  
**e Spectabili.**

**otore, ac Promotore plurimum**  
**colendo**  
**disputabit.**

**no 1665. H. L. Q. C.**

**RTUS LOCHER, Lips.**  
**CTOR.**

**P S I Æ,**  
**HENNINGI COLERL.**

